

FERIA III.

spiritū sanctū eos accepisse? Quia ipsa ecclesia, qua
est corpus Christi, omnium gentium linguis loquit.
Quod tunc in primitiva ecclesia præsignauit est, qua
in Iudea tantummodo gente initiatā est, nunc uero
ex omnibus gentibus congregata. Quomodo uero
unus tunc homo loquebatur linguis, ita modo uni
tas sanctæ ecclesiæ omnibus loquitur linguis. Accepi
mus ergo & nos spiritū sanctū, si amamus ecclesiam,
si charitate compaginamur, si catholico noīe & fide
gaudemus. Igitur quantū quisq; amat ecclesiā Chri
sti, tantum habet spiritum sanctū. Habemus ergo
spūm sanctū, si amamus ecclesiam. Amamus autē
si in eius compage & charitate consistimus, quā Apo
stolus omnibus uirtutibus fiducialiter ppōsuit. Quicū
que ipsam habet, cuncta habebit bona: quia sine illa
nihil proderit, quicquid habere potuerit hō, de qua
beatus Jacobus apostolus ait: Qui autē offendit in
uno, factus est oīm reus. De hac etiam & ipsa ueritas
Johan. 13, ait: In hoc enim cognoscent omes quia discipuli mei
estis, si dilectionem habueritis adiuicem.

Jacobi. 2

Johan. 13,

S FERIA TERTIA
post Iudica. Iohannis VII.

T In illo tempore Ambulabat Iesus in
Galilæam. Non enim uolebat in Iudeam
ambulare, quia quærebant eum Iudæi in
terficere. Et reliqua,

Hoc infirmitati nostræ præbebat exemplum,
non ipse perdiderat potestatem, sed nostram

cōsolabatur fragilitatē. **F**utur⁹ erat (ut dixi) ut aliqu⁹ fidelis eius absconderet se, ne à persecutoribus inueni ret. Et ne illi pro crimine obijceretur latibulū, p̄cēs in capite, quod in membris confirmaretur. **P**otu ēm̄ Christus ambulare inter Iudæos & nō occidi, qui ait: Poteſtatem habeo ponendi animā meam, & **Johannes** poteſtā habeo irēsumendi cam. **H**anc poteſtā ostendit dum uoluit, dum ad uocem illius retro ceci derunt, qui eum cum armis uenerunt apprehēderē.

Erat autem in prormo dies festus Iudæo-

rūscenopegia. Scenopegia dies festus erat tabernaculorū, quo Iudæi mense septimo in tabernaculis sub ramis arbor̄ habitare diebus septem iubebātur, ad memoriā habitationis illorū in eremo. **I**ste erat di es festus, quē Iudæi magna solennitate celebrabant, ut reminicerentur beneficior̄ dñi, qui eos eduxit de terra Aegypti. Dies festus more Iudæor̄, dicitur non unus dies, sed q̄r̄quot illius festiuitatis fuerunt, quasi unum diem festum, propter untus festiuitatis cōſuetudinem noīare solebant. **D**ixerūt ergo ad eum fratres eius: **T**ransihuc, & vade in Iudæā. Fratres enim dñi uisitatisimo sanctæ scripturæ mo re, consanguinei sanctæ Mariz semper uirginis dicebantur. **N**ā Abraam & Loth fratres sunt dicti, cum Abraam patruus esset Loth. **E**t Laban & Iacob fratres sunt dicti, cum esset Laban auunculus Iacob. Cū ergo audieritis fratres dñi, Maria cogitate consanguinitatem, non ite parientis ullam propaginē. **D**iximus frēs q̄ fuetint, audiamus qd dixerint. **T**ransi hinc, & vade in Iudæam. **v**t discipuli tui vi deat opera tua quæ facis. Opera dñi discipulos non latebant, sed istos latebāt. **I**sti cēm fratres, id est,

consanguinei Christum consanguineū habere potuerunt. Credere aut in eum ipsa propinquitate fastidierunt, ideo continuo euāgelista securus est: Hoc enim fratres eius credebāt in eū. Quare in eū nō credebanū? Quia humāna gloriā requirebant, dicere ad eum: [Transi hinc & uade in Iudæam, ut & discipuli tui videant opera tua quā facis.] Nemo quis ipse in occulto ali quid facit, et quererit ipse in palam esse. Si hæc facis, manifesta te ipsum mundo. Nam his uerbis ostenditur gloriā illius carnaliter querere eos. Quasi dixissent: Facis mirabilia, secundum abscōdite. Transi in Iudæā, ut principatus gētis, & ciuitas caput regni, videat mirabilia tua. Innotescere appare oībus, ut laudari possis ab omībus. Quid ergo ad hēc dñs Iesus dicit, audiamus. Deum tempus nondū aduenit, tēpus autē uestrū semper est paratū. Apostolus dicit, Postq uenit plenitudo temporis, misit deus filiū suum. Tēpus vero gloria Christi necdū uenit, cum hæc locutus est, quod illi uidentur querere, qui ei suadebant ire in Iudæā, miracula facere mūdo, innotescere, ne latens ignobilis putaretur. Sed ille uoluit altitudinē humilitate procedere, & ad ipsam celitudinē per humilitatis uiam peruenire. [Tēpus aut uestrum,] id est, mundi gloriā, [Semper est paratū.] Est em̄ tempus gloriæ, ut q uenit in humilitate, ueniat in altitudine: qui uenit iudicādus, ueniat iudicaturus: qui uenit occidi à mortuis, ueniat iudicare de uinis & mortuis. Vos ascendere ad diem festum hunc. Quid est hunc? Vbi gloriā humana queriris. Quid est hunc? Vbi extēdere uultis carnalia gaudia, nō æterna cogitare. [Ego em̄ nō afferdam ad diē festū hunc, quia tempus nōdum impletū]

Sala. 4.

POST IVDICA

559

est.] In die festo gloriam uos humanā quæritis, [me
um uero tēpus,] id est, gloria mea, [nōdum uenit.] Ipse enim dies festus meus, non diebus istis percur-
rens & transiens, sed permanēs in æternum, ipse erit
festivitas, gaudium sine fine, æternitas sine labe, sere-
nitatis sine nube. **Hec** cum dirisset, ipse mansit in
Halilæa. **Ut** autem ascenderūt fratres eius,
tunc & ipse ascendit ad diem festum, non ma-
nifeste, sed quasi in occulto. Ideo non ad diē fe-
stum hunc, quia non gloriari temporaliter, sed ali-
quid salubriter docere, corrigerem homines, de die fe-
sto æterno admonere, ab amore seculi auertere, & ad
dēū conuertere. Quid est aut̄ qđ quasi latenter ascen-
dit ad diem festum? Non uacat & hoc dñi opus. Nā
oēs dies festi Iudæor̄, in figura fuerūt. Ideo Christus
latenter ascēdebat in eis, quia Christus latuit in illis:
populo uero priori occultus, mō uero meliori popu-
lo manifestus. Quia quod ille populus in umbra age-
bat, nos uero manifesta luce facimus. **Licet** quidā in **Johan.** τ
telligere uelint, hāc dñi rāsionē, qua ait: Ego non ascē-
do ad diē festum hūc, ad passionem illius pertinere:
quia Chrs nō in festiuitate scenopegiæ, sed in festiui-
tate paschali, qua agnus occidi solebat, crucē ascēdit.
Judei autem quārebant eum in die festo, an
tequam ascenderet. Priores enim fratres ascenderūt,
& non tunc ascendit ille, quando illi putabant & uo-
lebant, ut iam hoc impleretur quod ait: Nō ad hūc,
id est, ad quē uos uultis, primum uel secundū diem.
Ascendit autem postea, ut euangeliū loqui, media-
to die festo, id est, cū iam illius diei festi tot dies p̄r-
terissent, quo remansissent. Ipsam enim festiuitatē,
quātum intelligendum est, diebus plurimiſ celebrat̄.

Dicebāt ergo: Tibi est ille: Et murmur multum erat de eo in turba. Vnde murmur de contentione. Quæ fuit contentio? Quidam cūm dicebat quia bonus est, alij autē dicebant, nō sed seducit turbas. De omnibus eius seruis hoc dicitur modo, quicūq; eminēt in aliqua gratia. Alij dicunt, bonus est: alij, nō, sed seducit turbas. Vnde hoc, quia tua nostra abscondita est cum Christo in deo. Hoc patitur corpus Christi usq; in fine seculi à mundi amatoribus, quod tunc passus est à Iudeor; murmuratis. Necdum frumentū à paleis segregatum est, ut grana frumenti cōgregentur in horre, & paleæ cōburrantur in igne æterno. Quod dictū est ergo de dño, ualeat ad consolationē, de quo cuncti hoc dictū fuerint Christiano. Nemo tñ palā loquebatur de illo propter metum Iudeor. Quidam dicebant, bonus est: alij autē dicebant, nō, sed seducit turbas Sonitus eorū apparebat tanquam aridus, suuior: seducit turbas, clarius sonabant: bonus est, pressius susurrabant. Modo autē fratres, quamvis nondum uenerit illa gloria Christi, quæ nos æternos factura est, mō tamē ira crescit ecclesia eius, ira em̄ dignatus est per cuncta diffundere, ut etiā susurretur, seducit turbas, sed clarius personat, bonus est. Nam noua hæresis in angulis occulte susurrat. Christus est adoptiuus: sed clarius uniuersalis sancta ecclesiæ vox resonat, Christus est filius dei. Proprius sibilant quoque serpentino ore, Christus nuncupatiuus est deus: sed expresius firmiusq; fidelium omnium unanimitas clamat, Christus deus est, bonus est, uerus deus ē, teste egredio prædicatore qui ait: Quorum patres ex quibus Christus, qui est super omnia deus benedictus.